


Siemonsen  
Dr. Siemonsen quaestiones  
Lucianae

PA

4236

S54



Handwritten text in cursive script, possibly a signature or a name, located in the lower right quadrant of the page.

Handwritten text in cursive script, possibly a signature or a name, located at the bottom right of the page.



B. S. Perry  
1924

# Programm

der

## lateinischen Schule zu Hadersleben

für das Schuljahr 1865/66.

Als Einladung

zu der öffentlichen Prüfung den 22. und 23. März,

sowie zu der

### Schlussfeier den 23. März

Nachmittags 3 Uhr.


---

Inhalt: Dr. Siemonsen quaestiones Lucianae.  
Schulnachrichten vom Rector.

---

Hadersleben. 1866.

PA  
4236  
554



## Quaestiones Lucianae.

**P**ostquam abhinc annos triginta Jacobitzius operam in emendando Luciano collocare et apparatus criticum colligere coepit,<sup>1)</sup> vulgata, quam dicunt, tandem aliquando explosa atque vera scriptura innumeris locis restituta est. Sed id mihi minus accurate egisse videtur vir doctissimus, ut codicum stirpem extricaret et certam artis criticae viam rationemque demonstraret. Huc accedit, quod a Dindorfio, Fritzscheo, Sommerbrodtio cum librorum, qui jam innotuerant, scripturae melius excussae, tum prorsus novi fontes aperti sunt, quo factum est, ut jam sat bonis subsidiis instructi ad emendationem Luciani accedere possimus. Quamobrem non inutile mihi visum est denuo investigare, quae sit uniuscujusque codicis indoles, quomodo singuli inter se cohaereant, quid de archetypo statui possit. Id ipsum desiderat Dindorfius, qui in praefatione edit. Tauchnitzianae vol. I pag. XI. haec dicat: „Quod si quando factum codicumque meliorum, saepe inter se consentientium, saepe dissentientium, auctoritas accuratius explorata fuerit, de rebus plurimis rectius certiusque quam nunc judicari poterit.“ Sed metum mihi iniecit Fritzscheus, qui in prooemio editionis novissimae I. pag. XIV. „hanc rem in tot voluminum scriptore et in tanta multorum, qui codices conferunt, levitate vel maxime arduam et periculosam esse“ judicat. Si nihilo minus rem difficillimam tractare conor, audacior fortasse videbor, sed fore spero, ut venia mihi detur, dummodo ne prorsus oleum et operam perdiderim.

Hanc quaestionem quominus totam ad liquidum perducamus, cum id maxime obstat, quod et alii codices alios continent libellos et multi nondum satis accurate collati sunt, artioribus finibus provinciam nostram circumscribanus necesse est,

---

<sup>1)</sup> Lucianus ex recensione Caroli Jacobitz voll. 4. Lipsiae 1836—1841.

quoniam pauca eaque certa quam largam conjecturarum copiam proferre malo. Quamobrem ex omni codicum multitudine hos potissimum deligam, de quibus plura videas in praefationibus **Jacobitzi** atque **Fritzschii**:

**A** Gorlicensem (signis enim receptis utar) saec. **XIV**.

**B** Vindobouensem num. 123. saec. **X**.

**C** Parisinum num. 3011. saec. **XIII**.

**F** Guelferbytannum, saec. **XIII** vel **XIV**.

**G** Guelferbytannum, recentissimum.

**L** Parisinum num. 1428. saec. **XIV**.

**M** Parisinum num. 2954. saec. **XIII**.

**O** Augustanum, nunc Monacensem num. 490. saec. **XV**.

**Q** Augustanum, nunc Monacensem num. 481. saec. **XIV**.

$\Phi$  Florentinum saec. **XIII**.

$\Psi$  Marcianum num. 436. saec. **XIV**.

$\Omega$  Marcianum num. 434. saec. **XIII**.

a editionem principem, quae prodit Florentiae 1496.

Cum autem plerosque **Luciani** codices deterioris notae esse constet, eos tantummodo libellos pertractabo, in quibus meliorum codicum collatio in promptu est quosque infra deinceps enumerabo. Erit fortasse, qui hoc operae compendium mihi vitio vertat, quoniam sine detrimento fieri non posse opinatur. Sed neque desidia neque operis taedio permotus reliquos libellos omisi, sed mihi persuasum habeo, iis justam certamque medelam afferri non posse, priusquam novis codicum praesidiis instructi simus. Merito praefecto vituperandus essem, si, quae in disceptationem non vocavi, contra inventa mea pugnarent; id vero ita nego, ut ea quoque in meum usum converti posse existinem, dummodo codices suppeterent.

Quoniam codicum ope non ita adjuvari solemus, ut integram ipsius scriptoris manum ubique restituere liceat, in eo nobis acquiescendum est, ut nostrorum codicum collatione archetypum quoddam i. e. fontem omnium qui supersunt codicum antiquissimum effingamus. Neque dubito, quin **Luciani** opera, qualia nunc habemus, ex uno eoque non sincero codice ad nos pervenerint; sed ad hanc quaestionem tum demum accedam, postquam singulos codices accuratius examinavero. Dolendum autem est quam maxime, primum, quod ii codices, qui cuncta fere **Luciani** scripta continent, aut ex parte tantum (velut  $\Omega$ ), aut negligenter



collati sunt (velut **M**); deinde vero, quod in reliquis codicibus neque omnia neque eadem inveniuntur. Denique libellorum ordo in singulis codicibus (praeter **A** et **C**, qui consentiunt) adeo diversus est, ut inde ad cognoscendam eodum originem nihil prorsus proficiamus. Multa frustra tentavi, ut de libellorum ordine principali certi aliquid eruerem; sed eum non raro accidat, ut duo libelli in eodem codice juxta positi scripturis diversum prodant fontem, ordinis, qualis nunc in libris est, nulla fere ratione habita, id mihi statuendum videtur, unumquemque librarium libellos hinc illinc delibatos ad arbitrium suum collocasse atque ordinasse. Quamobrem singuli libelli accurate nobis examinandi sunt, ut, quae ratio iis cum archetypo intercedat, perspiciamus.

Primum igitur ex singulis libellis, de quibus me dicturum esse pollicebar, bina proponam exempla, quibus eodum differentia satis manifesta fiat.

Somn. cap. 9. ὁμοίός σοι γενέσθαι <b>A Ψ</b> .	σοι ὁμοίος γενέσθαι <b>Ω Φ F Q</b> et v. <sup>2)</sup>
ibid. cap. 17. ἐν πολέμῳ <b>A Ψ</b> .	ἐν τῷ πολέμῳ <b>Φ Ω F Q</b> et v.
Nigrini cap. 25. τῶν κολάκων <b>B</b> .	τῶν καλῶν <b>Ω M Q</b> .
ibid. cap. 36. ἐντολῆς <b>B</b> .	ἐμβολῆς <b>Ω</b> et v i. e. <b>M Q</b> .
Prometh. cap. 3. ὑπεξελέσθαι <b>B</b> .	ἐξελέσθαι <b>L M</b> .
ibid. cap. 9. εὐτέλειαν <b>B</b> .	ἀγένειαν (ἀγέννειαν) <b>M</b> et v.
Timonis cap. 29. δυσκάτοχος <b>A O Ψ</b> .	δυσκάδειτος <b>Ω</b> et v.
ibid. cap. 38. χλαμίδος <b>A O Ψ</b> .	χλαμύδος <b>Ω</b> et v.
Dial. de or. 4, 2. ἀδικήσαντά με ἀνῆρ- πασας <b>A B C</b> .	με ἀδικήσαντα ἀνέσπασας <b>F L M</b> .
ibid. 5, 5. κομήτην serv. <b>A B C</b> .	κομήτην om. <b>F L M</b> .
Dial. mar. 2, 2. κατέλαβεν <b>B</b> .	κατέλαβεν αὐτούς <b>A C F M</b> .
ibid. 3, 1. αὐτῶν μιᾶς <b>B</b> .	ἀλίας <b>A C F M</b> .
Dial. mort. 18, 2. μοι, ᾧ Μένιππε om. <b>B O Ψ</b> .	μοι, ᾧ Μένιππε serv. <b>Ω</b> et v i. e. <b>A C F M</b> .
ibid. 22, 3. κούδενός αὐτῷ μέλει om. <b>B O Ψ</b> .	serv. κούδενός (οὐδενός <b>A F</b> ) αὐτῷ μέλει <b>Ω A F</b> et v.

<sup>2)</sup> Notanda est molesta quaedam Jacobitzi consuetudo, qui sub v litera, quae vulgatam i. e. Reitzianae editionis scripturam significat, omnes complectitur codices, quorum diserta mentio facta non est. Quodsi omnes libri manuscripti ita essent collati, ut nullus omnino restaret scrupulus, non esset, quod huic compendio obstaret. Sed cum v eos quoque codices contineat, qui imperfecte sunt excussi, melius profecto nobis prospexisset Jacobitzius, si ipsa eodum signa appouisset, ubicumque de his certior factus erat.

Menipp. cap. 7. πρὸς ἀνατέλλοντα  
B O G.

ibid. cap. 14. αὐτῶν B O G.

Char. cap. 15. ποικίλην τινὰ τύρβην B.

ibid. cap. 16. ἀνασπασθεῖς B.

De saerif. cap. 5. συνωδούς B.

ibid. cap. 12. φιλήσας B.

Vit. auct. cap. 18. πάντων ὁρῶ εἰκό-  
νας A Ψ et v i. e. C.

ibid. cap. 21. ἔμπαλιν A Ψ et v i. e. C.

Piscat. cap. 25. ὦν A B Ψ et v i. e. C.

ibid. cap. 33. οἶμαι A B Ψ et v i. e. C.

Tyrannie. cap. 3. κηδόμενος A B.

ibid. cap. 17. οὗτος θάνατος ἄξιος ὠμῶν  
τυράννων om. A B.

Abdicat. cap. 4. προθυμία λιπαρεῖ  
A B.

ibid. cap. 27. μᾶλλον om. A B.

Phalar. I. cap. 6. γελάσασθαι i. e.  
γελάσασθε B.

ibid. cap. 10. καὶ τίνες καὶ ὄθεν B.

Phalar. II. cap. 2. εἶναι om. B.

ibid. cap. 11. τίμια πολλά B.

Alexand. cap. 25. οἱ Ἐπικούρου ἑταῖ-  
ροι, πολλοὶ δὲ ἦσαν B C Ψ.

ibid. cap. 51. μορφεῦ μάργουλος (βάρ-  
γουλος B) ἰσχιάγχνε χίψι (ἰσχι  
ἀγχνεχιψι B, ἰσχνῖαγχνῖ χίψι Ψ)  
φάος δᾶ (δάσδα B, φας et signa  
quaedam incerta Ψ) B C Ψ.

πρὸς ἀνίσχοντα Φ Ω C L M.

τῶν κατεγνωσμένων (καταγνωσμέ-  
νων Φ) Φ Ω C L M.

ποικίλην τινὰ τὴν διατριβὴν A C L M.

ἀναπτᾶς A C L M.

συνάδειν A C F M.

σεῖσας A C F M.

πάσαν ὁρῶ εἰκόνα Φ Ω M.

ἀνάπαλιν Φ Ω M.

ἄπερ Φ M.

μᾶλλον Φ M.

φειδόμενος F M.

servant haec verba F M.

προθυμία πολλῇ F M.

serv. μᾶλλον F M.

καταγελάσασθε A F et v.

καὶ τίνες ὄθεν A C F. τίνες καὶ  
ὄθεν v.

servant εἶναι A F et v.

πολλά om. A F.

ὄσοι Ἐπικούρου ἑταῖροι ἦσαν Φ Ω  
F M et v.

μορφήν (μόρφιν Φ) ἐν βάργουλις  
(εὐβάργουλις Φ M. εὐβαρβουλις  
F) εἰς κακίαν (εἰς σκίην Φ) χνε-  
γικραγκ λείψει (χνεχιμράγη λεί-  
ψει F. χνεχιμράγη λείψει Φ) φάος  
Φ Ω F M et v.

- Demonact. vit. cap. 10.** ταῦτα πάντα B. πάντα ταῦτα A Φ F.
- ibid. cap. 50.** τὸν κυνικὸν om. B. hab. τὸν κυνικὸν (τὸ κυνικὸν A) A Φ F.
- Imag. cap. 10.** πάνυ σαφῶς A B. σαφῶς πάνυ M.
- ibid. cap. 17.** καταγεγραμμένη A B. καταγεγραμμένη εἰς τὴν γραφὴν M.
- Tochar. cap. 15.** καὶ τὸ ἐντεῦθεν B. καὶ om. A M a.
- ibid. cap. 47.** οὕτω γινέσθω B. οὕτω om. A M a.
- Lucii cap. 12.** γινόμενα ἔνδον A C. om. ἔνδον F M.
- ibid. cap. 30.** χεῖρά μοι ἐπέδωκεν A C. χεῖρα ἄν ποτε ἐπέδωκεν F M.
- Jov. confutat. cap. 4.** ὀψάρια A C. ἰχθύδια Ω et v i. e. F M.
- ibid. cap. 7.** εὐγνωμοσύνη A C. χρηστότητι Ω F.
- Gall. cap. 14.** πτώχῳ τούτῳ A C G. τούτῳ om. Φ et v.
- ibid. cap. 23.** ἀμέλει A C G. ὥστε Φ et v.
- Icarom. cap. 11.** ἐγενόμην G. ἐγεγόνειν Φ a.
- ibid. cap. 20.** πηλίη καὶ G. πηλίη ἦ καὶ Φ a.
- Bis accus. cap. 27.** ὧ ἄνδρες διασται A Ψ. διασται om. Φ Ω M a.
- ibid. cap. 33.** ὑπὲρ τὰ νῶτα A Ψ. ὑπεράνω Ω M a, ὑπὲρ ἄνω Φ.
- Parasit. cap. 31.** ἐγὼ σοι καταλέξω Ψ. ἐγὼ σοι δείξω καὶ καταλέξω A C F et v.
- ibid. cap. 32.** παρὰ τῷ Διονυσίῳ ἰυ-  
κείῳ καὶ Ψ. παρασιτῶν Διονυσίῳ καὶ A C F et v.
- De luctu cap. 1.** καὶ ἐκείνοις B. καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις A C F a.
- ibid. cap. 8.** τὸν χῶρον B. τὸ χωρίον A C F a.
- Rhet. praec. cap. 19.** λαρύγγιζε A  
B C Ψ. κελάρυζε M.
- ibid. cap. 25.** ἐπισπαδάμενος A B C Ψ. ἐπιστάμενος αὐτοῖς M.
- Hipp. cap. 1.** μεταστειλεῖται B. μεταστέλλεται A F M.
- Bacch. cap. 3.** ἠγγέλλετο B. ἠγγελτο A F Q a.
- Muscae ene. cap. 11.** μνίας B A. τῆς μνίας F Q.
- Advers. indoct. cap. 5.** τί κοινὴ καὶ  
βαλανείῳ A Ψ. τί κοινὸν κοινὴ καὶ βαλανείῳ F et v  
i. e. M a.
- ibid. cap. 24.** νεόκτιστον A Ψ. νεόκτητον F M a.

Nou tem. cred. calumn. cap. 1. ἐπι-  
λυγάζουσα i. e. ἐπηλυγάζουσα G.

ibid. cap. 4. μεταγνῶναι G.

De domo cap. 4. ἐπεὶ A B.

ibid. cap. 19. ἀπὸ θαύματος A B.

Saturn. cap. 5. καὶ οἱ ἄλλοι ἅπαν-  
τες B.

ibid. cap. 8. γὰρ ἂν αὐτόν B.

Deor. concil. cap. 2. αὐτῶν A O.

ibid. cap. 4. αἰγὶ om. A O.

ἐπισημάζουσα A F et v.

αἰσχυνθῆναι A C F.

ἐπειδὴ F et v.

ἀπὸ τοῦ θαύματος F et v.

καὶ ἄλλοι ἅπαντες A F et v.

γὰρ αὐτόν A F et v.

ἡμῖν F a.

αἰγὶ hab. F a.

His inspectis nemini dubium esse potest, quin duplex sit eodieuum genus, quorum alteri B O G Ψ, alteri Φ Ω F L M Q a adnumerandi sunt, cum A et C sibi non constant. Diversam igitur horum librorum dignitatem numeris appositis ita discernam, ut A<sup>1</sup> C<sup>1</sup> prioribus illis, A<sup>2</sup> C<sup>2</sup> posterioribus sint assignandi.

Jam vero quaeritur, utrum genus pro interpolato habendum sit. Cum autem ut in re manifesta omnes editores eos codices, quos posteriore loco enumeravi, interpolatos esse consentiant, pauca exempla afferre sufficiet.

Dial. deor. I. 2. Prometheus vaticinans τὸ τεχθεὶν ἴσα ἐργάζεται σε οἷα καὶ σὺ ἔδρασας — Jupiter interpellat; vulgo i. e. in F M a τὸν Κρόνον additur, quod supplementum profecto languidissimum est, cum Jupiter, quem facinoris in in patrem commissi pudeat, Saturni nomen pronuntiari nolit.

Quod Charon. cap. 6. in editionibus legitur ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμῆς ἐπιπεσοῦσα οὐκ οἶδ' ὅτου κινήσαντος ἀπέκτεινεν αὐτόν, Vindobonensis B auctoritate sua confirmat, nisi quod mendose οὐκ οἶδ' ὅτι κινήσαντος exaratum est. Contra reliquorum codicum (A<sup>2</sup> C<sup>2</sup> Ω L M) lectio οὐκ οἶδ' ὅπως τοῦ οἰκήματος propter τέγους, quod antecessit, adeo molesta est, ut vix intelligi queat, cur tandem Sommerbrodtio placuerit.

Vit. auct. cap. 22. de syllogismi, quem Electram vocant, natura ita exponit Chrysippus: Ἠλέκτραν μὲν ἐκείνην τὴν πάνυ τὴν Ἀγαμέμνονος. ἢ τὰ αὐτὰ οἶδέ τε ἄμα καὶ οὐκ οἶδε· παρεστῶτος γὰρ αὐτῆ τοῦ Ὀρέστου ἔτι ἀγνώτος οἶδε μὲν Ὀρέστην etc. Lœnpletati sunt absurdo interpolatoris commento Φ Q M, quippe in quibus post ἀγνώτος haec inserta sunt: καὶ τὰ ὅσα (σίτα Ω) δὴ τοῦ Ὀρέστου ἔχοντος.



Alexand. cap. 3 πρότερον δέ σοι αὐτὸν ὑπογράψω τῷ λόγῳ πρὸς τὸ ὁμοιότατον εἰκάσας ὡς ἂν δύνωμαι: post εἰκάσας  $\Psi \Omega F M$  et  $\nu$  intrudunt τὴν μορφήν, quod Fritzscheius recte ut glossema ineptum notat. Comprehenditur enim hoc loco et corporis et animi descriptio, quod utrumque μορφήν appellare non licet.

Gall. cap. 1. rectissime haec exhibet  $A^1$  et sine dubio etiam  $C^1$ : ἦν κρηπίδα — ἐργάσῃ, πρὸ ὁδοῦ ἔσῃ τοῦτ' ἐς τὰ ἄλφριτα πεπονηκῶς (conf. Hermotim. cap. 1). Quae cum fortasse paulo insolentius dicta esse viderentur, interpolator in  $\Phi L M a$  ἦν κρηπίδα ἐργάσαιο (ἐξεργάσῃ  $\Phi$ ) ἦν' ἐσθίης τὰ ἄλφριτα supposuit, quae intelligi omnino nequeunt.

Pluribus exemplis hoc loco supersedere posse mihi videor, cum cuique satis multa satisque manifesta occurrant.

Neque vero interpolationes passim dispersae inveniuntur, sed ubique fere adeo sunt crebrae, ut Fritschio assentiar, qui Lucianum a correctore quodam dedita opera recensitum esse censeat.<sup>3)</sup> Num quid de tempore hujus recensionis statui possit postea videbimus. Itaque eos codices, qui hac recensione carent, non interpellatos appellabo, quamquam omnes Luciani codices ejusmodi sunt, ut suo quisque modo vitia sibi non pauca contraxerit.

Dignus est qui primo loco memoretur Vindobonensis  $B^4$ ), qui inter omnes Luciani codices praestantia ita eminet, ut non dubitem, quin in examinandis ceteris quasi norma quaedam adhibendus sit. Nonnullis quidem locis non possumus, quin interpolationes agnoscamus, praesertim collatis ejusdem stirpis codicibus. Quare nihil antiquius habeo, quam ut, qua ratione  $A^1 C^1 O G \Psi$  et inter se et eum Vindobonensi cohaereant, expediam. Qui quamquam e communi quodam fonte, quem  $\beta$  littera significabo, deducti sunt, tamen multifariam discrepant, cujus rei haec mihi erunt documenta:

Timon. cap. 8. ἀρασία  $A^1 O$ .

ibid. cap. 1. ἐρισμάραγδος  $A^1 O$ .

Dial. mort. 7. 1. Καλλιδημόδη  $B O$ .

ibid. 20, 1. οὔτος δὲ Ὀδυσσεύς  $B O$ .

ἀκρισία  $\Psi$  et  $\nu$  i. e.  $\Omega M a$ .

ἐρισμάραγος  $\Psi \Omega$  et  $\nu$ .

Καλλιδημίδη  $\Psi \Omega$  et  $\nu$ .

ἐπειτα (εἶτα  $\Omega$ ) Ὀδυσσεύς  $\Psi \Omega$  et  $\nu$ .

<sup>1)</sup> In praefatione fasciculi I. pag. IV.

<sup>2)</sup> Conf. Jacobitzi praefationem pag. XIII et Schubartum in ephem. antiquitat. stud. ann. 1834 pag. 1118 sqq.

<p><b>Piscat. cap. 8.</b> ὑμεῖς δ' ἐντολμήσετε <b>A<sup>1</sup> B.</b></p> <p><b>ibid. cap. 16.</b> δικάσαι δίκην <b>A<sup>1</sup> B.</b></p> <p><b>Alexand. cap. 39.</b> ὑπὸ κόλπους <b>B C<sup>1</sup>.</b></p> <p><b>Rhet. praec. ἀνιδρωτὶ om.</b> <b>A<sup>1</sup> B</b> et haud dubie <b>C<sup>1</sup>.</b></p> <p><b>ibid. cap. 13.</b> ἔπεμψεν ἐπ' ἐμὲ <b>A<sup>1</sup> C<sup>1</sup> B.</b></p> <p><b>Museae enc. cap. 3.</b> τὰς σφῆμας <b>A<sup>1</sup> B.</b></p>	<p>ὑμεῖς δὲ βίαιον οὐδὲν ἐντολμήσετε <b>Ψ</b> et v i. e. <b>Φ M a.</b></p> <p>γὰρ μίαν δικάσαι δίκην <b>Ψ Φ</b> et v i. e. <b>M a.</b></p> <p>ὑπὸ κόλπου <b>Ψ</b> et v i. <b>Φ Ω F M a.</b></p> <p>habent ἀνιδρωτὶ <b>Ψ</b> et v i. e. a.</p> <p>ἔπεμψε πρὸς με <b>Ψ</b> et v.</p> <p>τοὺς σφῆμας <b>Ψ F</b> et v.</p>
--	--

Hiscæ exemplis satis, opinor, demonstratum est **A<sup>1</sup> C<sup>1</sup> B O** artiore quodam vinculo inter se conjunctos esse quam cum **Marciano Ψ**. Atque hæc res maximi est momenti; nam si id quod supra sumpsimus, postea vero argumentis stabilissemus, unius tantum codicis propagines ad nos pervenisse verum est, haud dubitanter licet concludere, id ipsum, in quo aut **A<sup>1</sup> C<sup>1</sup> B O** aut **Ψ** cum deterioribus libris consentiant, in archetypo quoque existisse, alteram vero scripturam errore vel interpolatione esse ortam.

Ceterum Vindobonensis nostri vitia ad tria potissimum genera revocari possunt:

1) Similes vocales vel diphthongi (αι—ε; ει—η; ει—υ; η—ι; οι—ι; οι—υ); permutantur neque minus vocabula cognata, imprimis praepositiones atque particulae.

2) Lacunae inveniuntur, quae non raro eo exeusantur, quod librarius ad consimilem vocem oculis aberrasse videtur, velut **Dial. mort. 27, 1.** διηγῆσομαι — διήγησαι; de luctu **cap. 2.** πειθόμενοι — θέμενοι. Cum hisce ii loci componendi sunt, ubi vicium vocabulum depravationis causa erat, veluti **Dial. marin. 14, 4.** μητρὶ pro θυγατρὶ, cum μήτηρ γε οἶσα subsequatur; vel **Dial. mort. 26, 2,** ubi περιπέση, quod ex antecedenti περιπίπτῃς natum est, veram scripturam περισιτῆ (ita enim legendum est) eliminavit.

3) Manifesta menda, quae in β, quem communem sumpsimus fontem, fuisse **A<sup>1</sup>** et **Ψ** eodiem consensu comprobatur, in **B** correcta sunt. **Conf. Piscat. cap. 12.** ἀσφαλές **A<sup>1</sup> Ψ** — ἀφελές **B**; **ibid.** ὄρας **A<sup>1</sup> Ψ** — Ἱρας **B**; **Rhet. praec. cap. 5.** Ἀραβίαν **A<sup>1</sup> Ψ** — Ἀραβίαν **B**; **ibid. cap. 16.** ἀτελέστατον **A<sup>1</sup> Ψ** — ἀτέλεστον **B**.

Praeterea in calami errores permultos incidit librarius, in justas vero interpolationes rarissime, quarum unam noto Baccch. cap. 5, ubi *ἐοίμασι* post *δοκοῦσι* in B male repetitum est.

Codicem O, olim Augustanum, nunc Monacensem, simillimum esse Vindobonensi neminem latebit, qui Mortuorum dialogos vel Menippum evolverit. Quamobrem testimoniorum multitudinem non curans insignia quaedam adlegabo. Dial. mort. 7, 1 *Καλλιδημόδη* B O pro *Καλλιδημίδη*; ibid. 13, 5. *καὶ τοῦτο μέρος ὦν* B O pro *καὶ τοῦτο μέρος ὄν*; ibid. 15, 1. *βίος τινί* B O pro *βίοτος* in versu illo Homericō Od. XI. 490. *ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρω, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη.*

Neque tamen Vindobonensem nostrum bonitate adaequat, cum et neglegenter collatus sit (id quod et Halmius in anal. crit. Berol. 1838 num. 29 sqq. demonstravit, et ex meliore hujus codicis collatione, quam Fritzscheius ad Necyomantiam accepit, perspicuum sit) et non raro interpolationibus seateat. Conf. Timon. cap. 41. *κτέρας* O — *βροτοῖς* rell. codd.; ibid. cap. 57. *δακτυλίων* O — *κονδύλων* rell. codd.; Dial. mort. 13, 1. *εὐλογον* O — *ἄχρηστον* rell. codd. et quae sunt alia.

His codicibus, qui e bono manarint fonte, Guelferbytanium G adscribendum esse vel una Necyomantia satis comprobatur, quo in libro cum B O artissime cohaeret. Neque minus in Gallo laude dignus est, cum A<sup>1</sup> C<sup>1</sup> G pari modo multifariam prae ceteris libris manuscriptis probitate excellent. Ab his iisque certissimis testimoniis profectus etiam in libro Calumn. non tem. cred. et in Icaromenippo G codicem nequioribus (conf. exempla, quae pag. 6. congressi) opponere non dubitavi, invito Fritschio, qui in Icaromenippo Guelferbytanium inter deteriores libros numeravit,<sup>2)</sup> sed nihilo secius aliquoties hujus solius auctoritate in restituendo textu usus est. Id vero negari nequit hunc codicem ita esse abjectissimum, ut cum vitia multa et lacunas non paucas et peculiare habeat interpolationes, tum nunquam cum interpolatis codicibus conspiret, quod quidem iis, quae modo exposui, non repugnat, quum librario complures codices ante oculos fuisse videantur, quorum scripturae identidem cum γρ. in margine enotatae sunt.

Jam transitum faciamus ad Marcianum Ψ a Sommerbrodtio diligenter, ut videtur, collatum, quem ut ex eodem, e quo A<sup>1</sup> C<sup>1</sup> B O G manarunt, fonte, ita

<sup>2)</sup> Conf. praef. vol. II. part. I. pag. VII.

secreto quodam rivulo ductum esse ostendimus. Librarius vero passim de suo aliquid vel addidit vel comitantavit, ejus rei specimina infra pono:

Somn. cap. 12. τέχνη  $\Psi$ .

Dial. mort. 18, 2. ἐπέπλευσαν  $\Psi$ .

ibid. 21, 1. φρονήματι  $\Psi$ .

Alex. cap. 36. πυρετοὺς ἔσεσθαι  $\Psi$ .

Bis accus. cap. 13. ἐννέα μοιὸι κρινάτωσαν  $\Psi$ .

Advers. indoct. cap. 22. ζωγράφος σοφὸς ὢν  $\Psi$ .

ταύτη  $\Lambda^1$  et rell. codd.

ἐπληρώθησαν  $\mathbf{B} \ \mathbf{O}$  et rell. codd.

προσώπῳ  $\mathbf{B} \ \mathbf{O}$  et rell. codd.

πυρκαϊὰς φυλάττεσθαι  $\mathbf{B}$  et rell. codd.

ἐννέα κρινάτωσαν  $\Lambda^1 \ C^1$  (κρινέτωσαν  $\nu$ ).

ζωγράφος ὢν  $\Lambda^1$  et rell. codd.

Quare non prorsus certo utimur duce, ubi, velut in Parasito, praeter deterioris notae codices solum Marcianum sequi licet.

Restat quaestio difficillima, quae est de Gorlicensi  $\Lambda$  et de Parisino  $\mathbf{C}$ , quos, etsi ab editoribus omnibus certatim laudibus elati sunt, iis quos modo percensui codicibus multo inferiores esse judico. In hac quaestione multa in incerto maneat necesse est, quoniam Parisinus  $\mathbf{C}$  a Belino non tam integer collatus, quam passim inspectus esse videtur;<sup>6)</sup> sed eae quae prolatae sunt scripturae discrepantiae sufficient, ut  $\Lambda$  et  $\mathbf{C}$  geminos esse agnoscamus<sup>7)</sup> qui saepe inter se consentiant, a  $\mathbf{B}$  et reliquis dissentiant:

Dial. marin. 4, 1. εἴπερ  $\Lambda^2 \ C^2$ .

Charon. cap. 5. τάδε om.  $\Lambda^2 \ C^2$ .

ibid. cap. 9. τεῖχος ἔχουσαν  $\Lambda^2 \ C^2$ .

ibid. cap. 22. κεῖτ' ἀγαμέμονι  $\Lambda^2 \ C^2$ .

ὁπότε  $\mathbf{B}$  εἶ πως  $\mathbf{F} \ \mathbf{M}$ .

serv. τάδε  $\mathbf{B} \ \mathbf{O}$  et  $\nu \ i. \ e. \ \mathbf{L} \ \mathbf{M}$ .

ἔχουσαν om.  $\mathbf{B} \ \mathbf{O} \ \nu \ i. \ e. \ \mathbf{L} \ \mathbf{M}$ .

κρείων τ' Ἀγαμέμωνων  $\mathbf{B} \ \mathbf{O}$  et  $\nu \ i. \ e. \ \mathbf{L} \ \mathbf{M}$ .

\*Vit. auct. cap. 6. ἐπίχλωρον  $\Lambda^1 \ C^1$ .

\*ibid. cap. 24. ἐκλύτης  $\Lambda^1 \ C^1$ .

De sacrif. cap. 3. ἐν  $\Lambda^2 \ C^2$ .

ibid. cap. 4. καταγνωσθεῖς  $\Lambda^2 \ C^2$ .

\*Piscat. cap. 4. προσιών  $\Lambda^1 \ C^1$ .

\*ibid. cap. 32. ἀροίμην  $\Lambda^1 \ C^1$ .

ἔτι χλωρὸν  $\Psi$  et rell. codd.

ἐκλύτης  $\Psi$  et  $\nu$ .

παρὰ  $\mathbf{B}$  et rell. codd.

καταδυνασθεῖς  $\mathbf{B}$  et rell. codd.

σιωπῶν  $\mathbf{B}$  et rell. codd.

ἐροίμην  $\mathbf{B}$  et rell. codd.

<sup>6)</sup> Conf. meliorem hujus codicis collationem, quam Fritzschius ad libellum De merced. cond. et ad Apologiam nactus est.

<sup>7)</sup> Conf. Fritzschi praefationem ad fascic. I. pag. V. in fine.



*Tyrannic. cap. 1. ἐποίησε καὶ ἡα- νήν A <sup>1</sup> C <sup>1</sup> .	ἐποίησεν ἡανήν B et rel. codd.
*Abdicat. cap. 4. δόσιον A <sup>1</sup> C <sup>1</sup> .	δόσιν B et rel. codd.
Phalar. I, 12. κακοδαμονίαν A <sup>2</sup> C <sup>2</sup> .	κακομηχανίαν B et rel. codd.
Demonact. vit. cap. 28. ὄρνιν A <sup>2</sup> C <sup>2</sup> .	τράγον B et rel. codd.
*Imagg. cap. 3. ἐπισφαλέστερον A <sup>1</sup> C <sup>1</sup> .	ἀσφαλέστερον B et rel. codd.
Τοχαρ. 7. κορά <sup>χ</sup> κους A <sup>2</sup> C <sup>2</sup> .	Κοράκους B et rel. codd.
Bis accus. κατηνάγκασ <sup>ε</sup> A <sup>1</sup> C <sup>1</sup> .	κατηνάγκασα Ψ et rel. codd.

Attamen verisimilius videtur, nos non tam geminos habere, quam alterum ex altero prognatum esse. Primum enim ordinem libellorum in ambobus plane eundem esse compertum habeo, nisi quod in C ante Rhet. praeceptorem,<sup>8)</sup> priores quinque dialogi mortuorum collocati sunt et post Deorum dialogos Nigrinus, Icaromenippus, Anacharsis, Menippus, Hermotimus, Apologia pro mercede conductis, Alexander, Prometheus, Emmechus consequuntur, qui libri in Gorlicensi desunt. Deinde vero cum C codicem e tribus partibus, quarum et aetas et materia diversa sit, constare et priores quinque mortuorum dialogos in bombycina, reliquos in chartacea legi notum sit,<sup>9)</sup> in Gorlicensi autem iidem illi quinque dialogi optimos, reliqui deteriores sectentur codices, quod et ipsum in C animadvertes, non dubito, quin A totus ex C, qualis nunc est, transcriptus sit, coagmentatis mortuorum dialogis iisque libellis, quos modo enumeravi, omissis. Neque temporum ratio nimis obstat, quoniam A saec. XIV. scriptum esse narrant, antiquissimam autem Parisini partem bombycinam saeculo XIII. attribunt. De reliquis partibus haec refert Lossius:<sup>10)</sup> „recentior videtur membranacea codicis particula, quae paucorum foliorum numerum non excedit; in chartaceo denique duo literarum genera inveniuntur, partim simpliciora, partim artificiosa, utraque tamen, ut videtur, e saeculo XV.“ Sed cum haec ratiocinatio infirmior esse videatur, non possum, quin in sententia mea persistam. Nam quomodo tandem fieri potest, ut codex, qui una eademque manu exaratus est, id quod de Gorlicensi tradunt, cum alio codice, qui e tribus partibus consarcinatus sit, omnino fere consentiat et in lectionibus et

<sup>8)</sup> Conf. Jacobitzi praefationem pag. IX. sqq., ubi librorum, quos Gorlicensis continet, tituli deinceps exarati leguntur.

<sup>9)</sup> Conf. Jacobitzi praef. pag. XXIV.

<sup>10)</sup> Conf. Jacobitzi praef. pag. XXIV.

in libellorum ordine, qui in reliquis libris diversissimus est, nisi ex ipso profluxit?

Sunt quidem loci secundum eam quam habemus collationem, qui opinioni meae infesti esse videantur; omissis autem iis, ubi neque Parisini diserta mentio facta est neque Gorlicensis a C solo, sed ab omnibus codicibus ita recedit, ut fontis auctoritatem licenter abjecisse videatur, eae restant scripturae, in quibus A cum aliis codicibus concinit, a C dissonat. Quae discrepantiae unde sint ortae, non paucis locis apte potest explicari:

1) Consimiles vocales vel diphthongi in A substitutae sunt; conf. Ver. hist. I, 35. *Ψηιτόποδες* C — *Ψιιτόποδες* A; Lucii cap. 12. *οιέτην* C — *ιέτην* A; Demonaet. vit. cap. 17. *γραμμιάτειον* (sic) C — *γραμμιάτιον* A.

2) Non raro verborum collocatione differunt C et A, quae differentia inde nata esse videtur, quod in C una pluresve voculae sive supra versum scriptae, sive in margine additae sunt; qua in re indicanda socordem fuisse Belinum cognoscimus ex Philopseude, ubi, M codice apud Fritzscheium recens collato, in hoc ipso codice non pauca man. sec. suprascripta esse edocentur, silente Belino. Conf.

Dial. marin. II, cap. 2. *περιφέρεσθαι*; Dial. de or. 20, 10. *καὶ τὸν διαστήν;*

Ver. hist. I, 23. *ὀπτωμένων*; Gall. cap. 30. *παρὰ Γνίφωνα*; Rhet. praee.

*οὐδὲ*  
16. *καὶ διορακιεῖ.*

3) In Gorlicensi interdum aperta, quibus C scetet, vitia leni facilique mutatione correctae sunt. Conf. Dial. mar. 4, I. *οὐδὲν τοιοῦτόν τι* C — *οὐδὲν τοιοῦτο* A; ibid. 8, I. *καὶ κατενανμάχησε καὶ* C — *κατεναιμάχησε καὶ* A; Jon. trag. cap. 6. *μενέτων* C — *μενόντων* A; Rhet. praee. cap. 10. *ἴσως* C — *τέως* A; Bis accus. cap. 27. *περιηγομένη* C — *περιαγομένη* A; Fugitiv. cap. 28. *ἦ* C — *ἦν* A.

4) Nonnullis denique locis in conficiendo Gorlicensi alius codex adhibitus esse videtur, cuius rei mihi testes sint: Piscat. cap. 4. *ὁ προσίων* A C, sed A in marg. pr. m. *ὁ σιωπῶν*, quod rell. codd. habent; De merced. cond. cap. 4. *ὄλων* C — *ὄλων* A *ὄλων* M; Lucii cap. 22. *παιόμενος* A C, sed A in marg.


*τυπτόμενος* cum F M; Ver. hist. II, 22. *γίνεται* C — *γίνεται* A. *τίθεται*

rell. codd.: Parasit. cap. 2. πολὺς A C, sed A in marg. *πάμπολυς* cum rell. codd. His enim locis, quod ex editorum silentio colligas, altera lectio eadem qua codex ipse manu scripta est.

Praeterea, nisi fallor, septuaginta fere loci residui sunt, ubi nulla mihi in promptu est expediendi ratio, cur A et C in minutis plerumque rebus inter se dissentiant. Quorum paucitas quam sit pro nihilo in tot libellorum scriptore, in tanta lectionum utriusque codicis communiōe, neminem fugit. Adde quod Beliuo ne tum quidem, quum Parisinum discrete adlegat, fidem habere possumus. Evolve, quaeso, libellum De merced. cond., in quo Belius ter de C falsa retulit: cap. 4. ἀφέλοι C (Beliu.) — ἀφέλη C cum A (Fritz.); cap. 12. εὐτύχεις C (Beliu.) — εὐτύχεις C cum A (Fritz.); cap. 15. οἰκία C (Beliu.) οἰκετεία C cum A (Fritz.). Deinde vero Belius haud dubie non raro vel pro altero Parisino alterum, vel pro uno plures citavit testes, quod suspicati editores interrogandi signum apponere solent. Denique Fritschius in Demonaetis vita Parisino C aliquot tribuit lectiones, quae illius non esse videntur. Boissonadius enim ad Aristaenctum compluribus mentionem iniecit Parisini ejusdem num. 3010, cui Fritschius tacite C Parisinum num. 3011, substituit. Sed cum et aliis locis alii codices Parisini<sup>11)</sup> adhibeantur, quibus Belius usus non est, non video, cur duo illi codices confundendi sint.

Quae cum ita sint, non est quod A et C pariter in A<sup>1</sup> C<sup>1</sup> et A<sup>2</sup> C<sup>2</sup> dividendos esse moneam. Ceterum ne in iis quidem libellis, ubi optimis codicibus adscribendi sunt, interpolationibus vacent. Documento sunt ii loci, quos supra, cum scripturas horum codicum proprias congressi, asteriseo notavi.

Relicuum est, ut eorum, de quibus adhuc disserui, codicum quasi stemma quoddam ante oculos ponam:



His absolutis ad alteram archetypi propaginem progrediendum est, cujus

<sup>11)</sup> Sympos. sive Lapith. cap. 4 et cap. 19, Parisinus 1011; Saturn. cap. 1 et cap. 4, Parisinus 2600; apud Duebnerum in editione Diel. mort. Paris. 1861, praef. pag. IV. Parisinus 2320.

rationes explicare tanto difficilius est, quanto semita herbarum luxurie obscurata aperta via impeditior.

Quoniam Luciani opera a correctore quodam dedita opera recensita esse videntur, ejus rei supra mentionem fecimus, interpolationes ab illo profectas ab iis discernendas esse apparet, quae micenique codici peculiare sunt.

Quapropter exordium capiam a Florentino  $\Phi$ , ejus collationem, quoad collatus est, Fritschio debemus. Etenim hic codex distinctius, quam ceteri consanguinei, recensione illius imaginem exprimere videtur, neque raro usu venit, ut cum sinceris codicibus conspiret, eum reliqui (F L M Q  $\Omega$  a) pariter discrepent. E multis paucos adscribam locos:

SOMM. cap. 12. τῆς δυνάμεως τῶν λόγων $\Lambda^1 \Psi \Phi$ .	τῶν λόγων τῆς δυνάμεως $\Omega$ F Q et v i. e. a.
ibid. cap. 14. συνέπριε $\Lambda^1 \Psi \Phi$ .	ἐνέπριε (ἔπριεν $\Omega$ ) $\Omega$ F Q v i. e. a.
ALEXAND. cap. 5. τοῖς ἐχθροῖς B $\Psi \Phi$ .	ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς $\Omega$ F M a.
ibid. cap. 13. τὴν ἄρπην ἐκείνην B $\Psi \Phi$ .	τὴν ἄρπην $\Omega$ F M.
ibid. cap. 33. ὑπὲρ τοῦ B C <sup>1</sup> $\Psi \Phi$ .	περὶ τοῦ $\Omega$ F M a.
ibid. cap. 31. πάντῃ φιλοφρόνως B $\Psi \Phi$ .	φιλοφρόνως $\Omega$ F M a.
GALL. cap. 2. ἡμίεφθα $\Lambda^1$ C <sup>1</sup> G $\Phi$ .	ἡμίοπτα καὶ ἐφθα $\Omega$ a (ἡμίεφθα καὶ ὀπτα $\Lambda$ ).

Diversum de Florentino judicium in Bis accusato faciamus necesse est, cum  $\Omega$  sexagies fere propius ad  $\Lambda^1$  C<sup>1</sup>  $\Psi$  accedat, quam  $\Phi$ ;  $\Phi$  autem viginti tantummodo locis Marciano praeferendus sit. Qua de causa in hoc libello sui sit dissimilis factus Florentinus, explicare nescio; id ipsum vero Fritschio mirum est visum, qui de Sommerbrodti collatione saepissime dubitavit. Nihilominus inter deteriores libros principatum tenet Florentinus, praesertim cum iis vitiis, quae committere solent librarii, non nimis sit inquinatus.

De editione Florentina longus esse nolo. Inspectis Alexandro, Bis accusato, Philopseude, ad quos Fritschius meliorem collationem Parisini M excussit, facile cognosces, editionem illam quasi vacillare inter Florentinum  $\Phi$  et Parisinum M, sed ita, ut paene quasi justo quodam vicario ea uti possimus, ubi M non suppeditat. Ceterum minime ubique sibi constat, sed in aliquot libellis, velut in Necromantia, ab optimis codicibus prope abest.

Artius cum Florentino  $\Phi$  copulandus videtur is codex, qui correctori, ejus

manuum saepe expertus est Parisinus **M**, in promptu fuit, id quod paucis hisce confirmatio exemplis:

Alexand. cap. 19. καλέσειν ἔμελλε  
κατὰ τάξιν τοὺς δεδωκότας  $\Phi$ .

κατὰ τάξιν sec. m.  
καλέσειν ἔμελλε τοὺς δεδωκότας **M** pr.  
m. et  $\Omega$  **F**.

ibid. cap. 26. ὀσονίνου  $\Phi$ .

ὀσονίνου sec. man.  
ὀσονίου **M** pr. m. et  $\Omega$  **F**.

Philopseud. cap. 14. πολύφοτον  $\Phi$ .

πολύφωτον sec. m.  
πολύμορφον **M** pr. m.

ibid. cap. 19. βάσειως  $\Phi$ .

βάσειως sec. m.  
στάσειως **M** pr. m. et a.

Bis accus. cap. 20. ἐξετάζετε  $\Phi$ .

ἐξετάζετε sec. m.  
ἐξέταζε pr. m. **M**.

Codicem Marciannum  $\Omega$  plerumque gravius corruptum esse, quam Florentinum  $\Phi$ , exemplis satis comprobatum est; neque tamen tanta est pravitate, ut ad Guelferbytannum **F** et Parisinum **M** ubique descendat. Quod quamvis in aliis quoque libellis animadvertere liceat, tamen uno Alexandro teste utar, quippe qui fidelissimus sit atque certissimus:

Alex. cap. 18. μετ' ὀλίγον παμμεγέ-  
δους γεγεννημένον **B**  $\Psi$   $\Phi$   $\Omega$ .

μετ' ὀλίγον om. **F** et **M** pr. m.

ibid. cap. 20. ὡς ἀληθῶς **B**  $\Psi$   $\Phi$   $\Omega$ .

ἀληθῶς **F** **M**.

ibid. cap. 22. εἰαστικὸν **B**  $\Psi$   $\Phi$   $\Omega$ .

εἰκὸς **F** **M**.

ibid. cap. 28. χρησμοὺς **B**  $\Psi$   $\Phi$   $\Omega$ .

δεσμοὺς **F** et **M** pr. m.

ibid. cap. 50. σαλαγεῖ **B**  $\Psi$   $\Phi$   $\Omega$ .

om. hoc verbum **F** et **M** pr. m.

Jam pervenimus ad codices nequissimos Guelferbytannum **F** et Parisinum **M**; sed hoc loco in tantis versamur difficultatibus, ut quomodo me expediam paene ignorem. Primum enim Parisinus **M** neque ab eodem, sed a duobus temporibusque diversis scriptus est,<sup>12)</sup> neque quosnam quaeque pars contineat libellos compertum habeo. Deinde ad quatuor tantum libellos tali utimur collatione, cui fides possit haberi, quam in Lucio sive asino Courrierio, in Alexandro, Philopseudē, Bis accusato<sup>1)</sup> Fritzschio debemus. Inde satis perspicua sit Belii so-

<sup>12)</sup> Conf. Jacobitzi praef. pag. XXV.



cordia, qui saepe minuta ineptaque vitia adnotet, gravissimas discrepantias silentio praetermittat.

Quodsi Alexandrum perlustramus et Lucium, nullum fere discrimen intercedere videtur inter **F** et **M** pr. m., neque aliter res sese habet in magna libellorum parte. At non ubique haec ratio constat: sunt enim libelli, ubi valde dissonant. Atque in hac quaestione quam maxime dolendum est, quod proba Parisini collatione caremus, qua re factum est, ut de incunda ratione critica in multis libellis incerti haeremus. Haec jaectura aliqua ex parte eo compensatur, quod editio Florentina a Jacobitzio diligenter collata est. Itaque si diserta mentio facta non est, in editione Jacobitziana vulgatae signo ( $\nu$ ) Parisinus **M** fortasse, Florentina editio certe subest. Hisce igitur quasi norma usi, Gnefferbytanum saepenumero per totos libellos ita deflectentem videmus, ut et **1**, peculiares habeat interpolationes permultas et **2**, saepius cum  $\beta$  propagine consentiat, quam **M** a. Lectio- num ejus plerumque particeps est Parisinus **L**, a Belino more suo collatus. Documenta afferam e Deorum dial. haec:

ad 1.

Dial. de or. 2, 1. παιδίον γάρ εἰμι  
καὶ ἔτι ἄφρων **A**<sup>1</sup> **B** et  $\nu$ .

ibid. 4, 3. ἀλλ' ἀθάνατος **A**<sup>1</sup> **B** et  $\nu$ .

ibid. 4, 4. σε ἀνήρπασα, ὡς ἄμα **A**<sup>1</sup>  
**B** et  $\nu$ .

ibid. 10, 1. πολύαθλον **A**<sup>1</sup> **B** et  $\nu$ .

ibid. 14, 1. σκυθρωπὸς (σκυθρωπὸς  
εἶ  $\nu$ ) **A**<sup>1</sup> **B** et  $\nu$ .

ibid. 14, 2. ἐνέσεισε φέρων αὐτὸν **A**<sup>1</sup>  
**B** et  $\nu$ .

ad 2.

Dial. de or. 2, 2. τὴν δὴν πρόσοψιν  
**A**<sup>1</sup> **B** **F** **L**.

ibid. 5, 4. αὐτοῦ **A**<sup>1</sup> **C**<sup>1</sup> **B** **F** **L**.

ibid. 10, 2. τριῶν ἐξῆς **A**<sup>1</sup> **B** **F** **L**.

ibid. 14, 1. τὸν τρόπον **A**<sup>1</sup> **C**<sup>1</sup> **B** **F** **L**.

καὶ ἔτι ἄφρων om. **F** **L**.

ἀλλὰ θεὸς ἀθάνατος **F** **L**.

γε ἢ (ἢ om. **L**) σπουδῇ πᾶσα, ἵνα  
ἄμα **F** **L**.

πολύμοχθον **F** **L**.

κατηφιῆς εἶ **F** **L**.

ἐνσεισας ἐφόνευσεν αὐτὸν **F** **L**.

τὴν πρόσοψιν  $\nu$ .

αὐτῶν  $\nu$ .

ἐξῆς τριῶν  $\nu$ .

τὸν λόγον  $\nu$ .

Nihilominus ex iisdem deorum dialogis sat larga congeri potest locorum

copiā, ubi Guelferbytanus cum solo Parisino *M* conspirat, a reliquis codicibus omnibus diversus est:

Dial. de or. 2, 1. <i>συνήκα</i> <i>A<sup>1</sup> B</i> et <i>v.</i>	<i>συνήλασον</i> <i>F M.</i>
ibid. 6, 4. <i>παρακατακλίνωμεν</i> <i>A<sup>1</sup> B</i> et <i>v.</i>	<i>συγκατακλίνωμεν</i> <i>F M.</i>
ibid. 6, 5. <i>ποήσει</i> <i>A<sup>1</sup> B</i> et <i>v.</i>	<i>ἤξει</i> <i>F M.</i>
ibid. 23, 1. <i>ἰᾷ</i> <i>A<sup>1</sup> B</i> et <i>v.</i>	<i>θεραπεύει</i> <i>F M.</i>
ibid. 23, 2. <i>κατ' αὐτάς</i> <i>A<sup>1</sup> B</i> et <i>v.</i>	<i>περὶ αὐτάς</i> <i>F M.</i>

Denique ejusmodi loci mihi addendi sunt, ubi *F L M a*, qui *v* signo comprehenduntur, ab *A<sup>1</sup> B* pariter recedunt:

Dial. de or. 5, 2. <i>ἐπαῖον</i> <i>A<sup>1</sup> B.</i>	<i>ἰδαῖον</i> <i>v.</i>
ibid. 7, 1. <i>προσμειδιᾶ</i> <i>A<sup>1</sup> B.</i>	<i>προσγελαῖ</i> <i>v.</i>
ibid. 12, 1. <i>γραῦν ἦδη — οὔσαν</i> <i>A<sup>1</sup> B.</i>	<i>οὔσαν</i> <i>om. v.</i>
ibid. 21, 1. <i>καταπονήσειν</i> <i>A<sup>1</sup> B.</i>	<i>καταβαρήσειν</i> <i>v.</i>

Jam quaeritur, quomodo haec quatuor exemplorum genera, quae sibi contradicere videntur, apte possint conciliari. Constat igitur Guelferbytanum in Deorum dialogis et ab *A<sup>1</sup> B* et a Parisino *M* multifariam discrepare, sed ita, ut ad optimos codices nonnunquam accedat, ubi *M a* procul absunt. Inde meo jure concludere mihi videor, eum originem duxisse e codice aliquo, qui a communi omnium librorum fonte, quem *A<sup>1</sup> B* optime referunt, minus discesserit, quam *M a* (quod et ipsum de Florentino *Φ* supra ostendimus), sed qui peculiare habuerit interpolationes permultas. Sed quomodo haec ratio stare potest, cum *F* saepissime cum solo Parisino ita congruat, ut gemini esse videantur? Hoc ut explicem, Guelferbytanum non ex uno codice profluxisse, sed e duobus contaminatum esse conicio, quorum alterius indolem modo descripsi, alter Parisino *M* simillimus fuit. Et sunt quae huic conjecturae favent; primum enim princeps dialogorum meretriciorum in Guelferbytano longo spatio intermisso his legitur,<sup>13)</sup> quod enucleare non possum, nisi duobus fontibus assumtis. Huc accedit, quod *A<sup>2</sup> C<sup>2</sup>* re vera e tali manarunt codice, qualem *F* et *L*, si a contaminatione illa discesseris, repraesentant.

Dial. mar. 1, 5. <i>ᾠμοφάγος</i> <i>B</i> et <i>v.</i>	<i>ᾠμοβόρος</i> <i>A<sup>2</sup> F</i> et sine dub. <i>C<sup>2</sup>.</i>
ibid. 4, 3. <i>φανερὸς</i> <i>B</i> et <i>v.</i>	<i>ἐπίσημος</i> <i>A<sup>2</sup> F</i> et sine dub. <i>C<sup>2</sup>.</i>

<sup>13)</sup> Conf. Jacobitzi praef. pag. XX lin. 1 et pag. XXI lin. 10.

ibid. 15, 3. *ιδεῖν* B et v.

Dial. mort. 18, 1. *ὁμοία* B O Ψ Ω  
et v.

ibid. 21, 2. *τῶν τοιοῦτων* B O Ψ Ω et v.

ibid. 22, 2. *κομίζειν* B O Ω et v.

Menipp. cap. 4. *τῷ θερμοῦν* B O G  
Φ Ω et v.

Charon. cap. 15. *οἴχονται* B Ω et v. *ῶχοντο* A<sup>2</sup> C<sup>2</sup> L.

*ὁφθῆναι* C<sup>2</sup> F (in A<sup>2</sup> hic dial. perit).  
*καὶ ὁμοία* A<sup>2</sup> F et sine dub. C<sup>2</sup>.

*τούτων* A<sup>2</sup> F et sine dub. C<sup>2</sup>.

*κομίζεσθαι* A<sup>2</sup> F et sine dub. C<sup>2</sup>.

*τὸ θερμοῦν* C<sup>2</sup> L.

His exemplis, quorum numerum facile augere poteris, alterum accedit argumentum. Etenim A et sine dubio etiam C Mortuorum dialogos, exceptis quinque prioribus, in quibus, ut supra monuimus, optimos codices sectantur, ita exhibent, ut neque numero neque ordine a Guelferbytauo differant. Triginta, qui superstites sunt, mortuorum dialogi omnes leguntur in Vindobonensi B, Monacensi O, Parisino M; de Venetis parum constat. Contra in A<sup>2</sup> C<sup>2</sup> F, non paucis omissis, reliqui hunc in modum dispositi sunt<sup>14)</sup>: 22. 21. 18. 10. 11. 27. 29. 30. 12. 23. 25. Idem animadvertes in Dial. marinis, quorum collocatio in A<sup>2</sup> C<sup>2</sup> F a vulgari ita discrepat: 1. 2. 3. 4. 8. 9. 5. 6. 10. 7. 11. 12. 13. 14. 15.

Quod ad Guelferbytanum attinet, ex hac, quam dedi, originis expositione exiguos ad reformandum Luciani textum fructus percipimus, quippe cum omnes editores ejus nequitiam agnoverint. Quam ob rem longus esse nolo, ut, in quibusnam libellis F sive solito plura ex M depromserit, sive totus ex ipso descriptus esse videatur, indagem, praesertim cum justa Parisini collatio desit; sed id dico, in extrema Guelferbytani parte, inde ab exitu Dialogorum deorum<sup>15)</sup> hosce codices paene aequales esse videri, cum in prioribus libellis plus minusve discrepuerint. Itaque in stemmate, quod subsequitur, numeris apposis (F<sup>1</sup> et F<sup>2</sup>) indicatio, aliter esse in aliis libellis de hoc codice judicandum, quamquam discernere non audeo, quanti in singulis libellis aestimandus sit.

Eo majoris est momenti hoc inventum meum in Gorlicensi atque Parisino C, nam omnes editores hos codices, imprimis autem Gorlicensem adeo semper adamarunt, ut diversam esse diversarum partium indolem vix somniasse videan-

<sup>14)</sup> Conf. Jacobitzi praef. pag. XI. et pag. XX.

<sup>15)</sup> Conf. Jacobitzi praef. pag. XX. in fin.



